vtputa domus, vtrum eſt ſignum communis, quod operimentum eſt ex lapidibus, & lateribus ſic poſitis: an actus, & ſpeciei, quod eſt operimentum. Et linea, vtrum dualitas in longitudine, an quod dualitas. Et animal, vtrum anima in corpore, an anima. Hæc enim, ſubſtantia, & actus alicuius corporis. Erit autem vtique in vtriſque animal, non vt vna ratione dictum, ſed vt ad vnum. Sed hæc ad aliud quidem aliquid conferunt, ad quæſtionem autem ſubſtantiæ ſenſibilis nihil. Etenim quod quid erat eſſe, ſpeciei, & actui eſt. Anima namque, & animæ eſſe, idem eſt: homini verò & homo, non idem, niſi & anima homo dicatur. Sic autem alicui quidem, alicui verò non. Non videtur ita quærentibus, quòd ſyllaba ex elemẽtis & compoſitione ſit: neque domus, lateres, & compoſitio. & hoc rectè. Compoſitio enim, & miſtio, non ex iis, quorum eſt compoſitio, aut miſtio. Similiter nec aliorum vllum: vtputa, limen, poſitione, non ex limine poſitio, ſed magis iſtud ex illa, nec homo, eſt ipſum animal, & bipes: ſed aliquid eſſe oportet, quod præter hæc eſt, ſi hæc materia ſunt: ſed nec elementum, nec ex elementis, ſed ſubſtantia, quod materiam auferentes dicunt. Si itaque hoc ipſius eſſe cauſa, & hoc ſubſtantia, ipſam ſubſtantiam vtique non dicerent. Neceſſe autem eſt, aut ſempiternam hác eſſe, aut corruptibilem, abſque eo, quod corrumpatur, & factum eſſe, abſque eo, quod fiat. Oſtenſum autem eſt, & declaratum in aliis, quòd ſpeciem nullus facit, neque generatur, ſed efficitur, hoc. fit autem quod ex his. Si verò corruptibilium ſubſtantiæ ſunt ſeparatæ, nondum eſt manifeſtum, niſi quod quorundam non contingit: patet vt ea, quæ non poſſunt præter particularia eſſe, vt domum, aut vas: fortaſſis nec ſubſtantiæ ſunt hæc ipſa, nec aliorum quicquam, quæcunque non natura conſiſtunt. Naturam etenim ſolam profectò quis ponet eam, quæ in corruptibilibus eſt, ſubſtantiam. Quare dubitatio, qua Antiſthenici, & hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid temporis, vt ſoluatur quod non eſt ipſum quid eſt definire, (definitionem enim, longum eſſe ſermonẽ) ſed quale quid eſt. Contingit etiam docere, quemadmodũ argentum quid eſt, non. quod autem, quale ſtannum. Vt tamen ſubſtantiæ, eſt quidẽ, cuius contingit definitionem, & rationem eſſe: vtputa, cõpoſitæ, ſiue ſenſibilis, ſiue intellectualis. Ex quibus autem hoc primis, nõ eſt. Siquidem aliquid de aliquo ſignificat

A οἷον ἡ οἰκία πότερον σημεῖον τοῦ κοινοῦ, ὅτι σκέπασμα ἐκ πλίνθων καὶ ξύλων καὶ λίθων ὡδὶ κειμένων· ἢ τῆς ἐνεργείας καὶ τοῦ εἴδους, ὅτι σκέπασμα. καὶ γραμμή, πότερον δυὰς ἐν μήκει, ἢ ὅτι δυάς. καὶ ζῷον, πότερον ψυχὴ ἐν σώματι, ἢ ψυχή. αὕτη γὰρ οὐσία, καὶ ἐνέργεια σώματός τινος. εἴη δ' ἂν καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις τὸ ζῷον, οὐχ ὡς ἑνὶ λόγῳ λεγόμενον, ἀλλ' ὡς πρὸς ἕν. B ἀλλὰ ταῦτα πρὸς μέν τι ἄλλο διαφέρει· πρὸς δὲ τὴν ζήτησιν τῆς οὐσίας τῆς αἰσθητῆς, οὐδέν. τὸ γὰρ τί ἦν εἶναι τῷ εἴδει καὶ τῇ ἐνεργείᾳ ὑπάρχει. ψυχὴ μὲν γὰρ καὶ ψυχῇ εἶναι, ταὐτόν· ἀνθρώπῳ δὲ καὶ ἄνθρωπος, οὐ ταὐτόν, εἰ μὴ καὶ ἡ ψυχὴ ἄνθρωπος λεχθήσεται. οὕτω δὲ τινὶ μέν, τινὶ δ' οὔ. οὐ φαίνεται δὴ ζητοῦσιν, ἡ συλλαβὴ ἐκ τῶν στοιχείων οὖσα καὶ συνθέσεως. οὐδ' ἡ C οἰκία, πλίνθοι τε καὶ σύνθεσις· καὶ τοῦτο ὀρθῶς. οὐ γάρ ἐστιν ἡ σύνθεσις, καὶ ἡ μίξις ἐκ τούτων, ὧν ἐστι σύνθεσις ἢ μίξις. ὁμοίως δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐθέν· οἷον ὁ οὐδὸς θέσει, οὐκ ἐκ τοῦ οὐδοῦ ἡ θέσις, ἀλλὰ μᾶλλον οὗτος ἐξ ἐκείνης. οὐδὲ δὴ ὁ ἄνθρωπός ἐστι τὸ ζῷον καὶ δίπουν· ἀλλά τι δεῖ εἶναι ὃ παρὰ ταῦτά ἐστιν, εἰ ταῦθ' ὕλη. οὔτε δὲ στοιχεῖον, οὔτ' ἐκ στοιχείου· ἀλλ' ἡ οὐσία· ὃ ἐξαιροῦντες τὴν ὕλην λέγουσιν. εἰ οὖν τοῦτ' D αἴτιον τοῦ εἶναι, καὶ οὐσία τοῦτο, αὐτὴν ἂν τὴν οὐσίαν οὐ λέγοιεν. ἀνάγκη δὲ ταύτην ἢ ἀΐδιον εἶναι, ἢ φθαρτὴν ἄνευ τοῦ φθείρεσθαι, καὶ γεγονέναι ἄνευ τοῦ γίγνεσθαι. δέδεικται δὲ καὶ δεδήλωται ἐν ἄλλοις ὅτι τὸ εἶδος οὐθεὶς ποιεῖ οὐδὲ γεννᾶται, ἀλλὰ ποιεῖται τόδε. γίγνεται δὲ τὸ ἐκ τούτων. εἰ δ' εἰσὶ τῶν φθαρτῶν αἱ οὐσίαι χωρισταί, οὐθέν πω δῆλον. πλὴν ὅ- E τι γε ἐνίων οὐκ ἐνδέχεται, δῆλον, ὅσα μὴ οἷόν τε παρὰ τὰ τινὰ εἶναι, οἷον οἰκίαν ἢ σκεῦος. ἴσως μὲν οὖν οὐδ' οὐσίαι εἰσίν, οὐδέ τι αὐτὰ ταῦτα, οὔτέ τι τῶν ἄλλων, ὅσα μὴ φύσει συνέστηκε. τὴν γὰρ φύσιν μόνην ἄν τις θείη τὴν ἐν τοῖς φθαρτοῖς οὐσίαν. ὥστε ἡ ἀπορία ἣν οἱ Ἀντισθένειοι, καὶ οἱ οὕτως ἀπαίδευτοι ἠπόρουν, ἔχει τινὰ καιρὸν λυθῆναι, ὅτι οὐκ ἔ- F στι τὸ τί ἐστιν ὁρίσασθαι. τὸν γὰρ ὅρον, εἶναι λόγον μακρόν. ἀλλὰ ποῖον μέν τί ἐστιν, ἐνδέχεται καὶ διδάξαι, ὥσπερ ἄργυρον, τί μέν ἐστιν οὔ· ὅτι δὲ οἷον καττίτερος. ὥστ' οὐσίας ἔστι μὲν ἧς ἐνδέχεται εἶναι ὅρον καὶ λόγον, οἷον τῆς συνθέτου, ἐάν τε αἰσθητή, ἐάν τε νοητὴ ᾖ. ἐξ ὧν δ' αὕτη πρώτων, οὐκ ἔστιν, εἴπερ τι κατά τινος σημαίνει